et dillationibus non differendo ad quietationem ultra proximos ter-
minos officii praefati Castrensis Premisliensis dillationem sibi non recipi-
endo nullasque motiones appellationes earumque prosequutiones fa-
ciendo praemissaque omnia poenis simplicibus vel nicatis exceptio-
nibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri
bello conventionesque et aliis omnibus iuris remediis et defensis
non subterfugiendo hac sua praesenti inscriptione ad praemissa mediante.

Wysoczanski Wysztowez Obligat

Ex Cod. Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus
Capitaneatus Premisliensis Generosus Marcus Wysoczanski sanus mente
et corpore existens a Terrae districtus iuribus iurisdictionibusque suis qui-
buscunque propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni officii
praesentis Castrensis Premisliensis quoad actum praesentem attinet se cum
successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorpo-
rando atque subiiciens palam libere publice ac per expressum recognovit
Quia ipse bona sua iure ac titulo quovis possessa videlicet totam et
integram villam Wosance in Districtu Premisliensi consistentem cum Curia
et Praedio ibidem sitis cum omni praemissorum iure dominio et proprietate
tituloque obligatorio Cumque omnibus et singulis bonorum praefatorum utilita-
tibus fructibus proventibus redditibus emolumentis attinentiis et
pertinentiis generaliter universis nullis penitus exceptis nec pro se succes-
soribusque suis aut alio quopiam reservatis seu exceptis sed omnibus in gene-
re et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra in nullo
derogando verum ita late longe circumferentialiter prout praefata bona se in

suis metis

suis metis et limitibus ab antiquo extendunt ac protenduntur et prout
eadem bona ipsemet recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumque con-
cernebant ac eidem serviebant ac eidem serviebant. Iam ex nunc
et de facto Generosae Zuzannae Sokolnicka Generosi Pauli Weszel
Consorti legitimae et eius posteris in summa quatuor millium florenorum
pecuniae polonicalis certi debiti mutuataeque pecuniae hinc ad Festum Con-
versionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturum incidentis et in
defectu protunc exemptionis et summae praefatae persolutionis ex tunc ad
aliud simile Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Mil-
lesimo Sexcentesimo Trigesimo venturo et sic consequenter de anno
ad annum annis et Festis continue et immediate se sequentibus
usque ad exemptionem bonorum praefatorum et summae praenominatae inte-
gram et indivisam persolutionem obligavit inscripsit et invadiavit
prout praesens obligat inscribit et invadiat. Etiam ex nunc coram officio
praesenti idem recognoscens Generosus Marcus Wysoczanski eidem
obligatariae suae eiusque posteris in eadem bona praesens obligata dat
et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem
per Ministerialem et Nobiles quosvis officio se acceptans per ipsam obliga-
tariam et eius successores bona eadem praesenti obligata tenendi haben-
di possidendi illisque pacifice et quiete uti fruendi modo ac titulo
obligatorio Debebitque et tenebitur praefatus recognoscens Generosus Marcus
Wysoczanski prout se ac suos successores in et super bonis suis
generaliter omnibus inscribit et obligat praesentibus eandem Nobilem
Zuzannam Sokolnicka et eius successores in eisdem bonis obli-
gatis et ratione eorundem ab omni et quavis impeditione iuri-

quarumcunq personarum cuiuscunq conditionis status et sexus
existentium, praecipue vero ab impedimentis Gnosi Petri Szeplicki
et consortis ipsius Gnosa Cristina Stominska alias Marina Suran-
ska usq ad exemptionem bonorum praefatorum et summa praedicta inte-
gram et indiuisam persolutionem coram omni Judicio et officio Regni to-
ties quoties opus fuerit tueri defendere euincere et intercedere inde-
mnemq et indemnes reddere necnon bona eadem obligata tam in parte
quam in toto ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et
posterioribus in eisdem bonis factis et faciendis tum etiam a quibusuis ci-
tationibus in eadem bona importatis et importandis litis denique et litibus
ac processibus iuris quibusuis in quocunq puncto et gradu iuris dependen-
dentibus in eisdem bonis obtentis et obtinendis emundare et liberare itaut
eadem bona obligata eadem Gnosa Wyszlowa suis cum posteris qui-
ete et pacifice praesentis inscriptionis vigore tenere et possidere queat
Nec debet idem recognoscens Gnosus Marcus Wysoczanski vel eius
successores eidem obligatariae suae et ipsius posteris praefatam intromissionem
et possessionem coram officio praesenti admissam in eisdem bonis denegare
imo tenebitur eandem effectuatam dare et admittere datamq et admissam
quouis modo tam per se quam per suas quasuis submissas et subor-
dinatas personas non impedire nec adimere ac ipsam obligatariam suam
et eius successores in eisdem bonis praesentis obligationis tam in parte
quam in toto non iniuriari Idque sub vadio similis summae quatuor
millium florenorum pecuniae polonicae per eundem regentem et eius successores
praefatae obligatariae suae ac eius posteris ob non completionem

praemissorum

praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties
quoties opus fuerit ad soluendum succumbentis Insuper praefatus regens
Gnosus Marcus Wysoczanski praefata Gnosa Zusanna Wyszlo-
wa eiusque posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimo-
dam potestatem inscriptionem praesentem obligatoriam ex his Actis Ca-
strensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunq
voluerit transportandi et transferendi quae transportata tanti valebit
acsi ipsemet recognoscens transportaret. Cui quidem transportationi
inscriptionis praesentis modo praemisso fiendae praefatus regens Ge-
nerosus Marcus Wysoczanski praefatae Gnosae Wyszlowa eiusque
posteris se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omni-
bus ac summis pecuniariis quibusuis inscribit et obligat praesentibus
non contradicturum imo eam pro rato et grato suscepturum. Idque sub
vadio similis summae quatuor millium florenorum pecuniae polonicae
per eundem regentem aut eius successores praefatae Gnosae Wyszlowa
eiusque posteris ob contradictionem transportationi inscriptionis prae-
sentis modo praemisso fiendae ad soluendum succumbentis. Pro quibus
quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad soluendum succumbentis
ac re aliqua principali non completa complendisque praemissis cita-
tus existens praenominatus regens Gnosus Marcus Wysoczanski aut
eius successores ad instantiam praefatae Gnosae Weszlowa aut eius po-
sterorum ad officium praesentis Castrensis Capitaneale Premisliensis ex tunc
recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in
primo citationis termino tanquam peremptorio stare et parere

respondere vadia praetacta lucre in scripti huic satisfacere ac omne iu-
dicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem om-
nia obligat eundem terminum primum peremptorium et alios omnes con-
sequentes eiusdem causae terminos semper peremptorios vera
infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra
vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Luicum (?) vel
aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differens
adquietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis
Premisliensis dillationem sibi non recipiens nullasque motiones appel-
lationes cantusque prosequutiones faciens praemissaque omnia pa-
nis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fata-
libus iuribus praescriptione Terrestri bello Conventioneque et aliis omnibus
iuris remediis et defensis non subterfugiens hac sua praesenti in-
scriptione ad praemissa omnia mediante.

Choinacki Wesszlower cedit.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Ca-
pitanealibus Premisliensibus Generosus Joannes Choinacki sanus mente
et corpore existens a Terrestris districtibus iuribus iurisdictionibusque
suis quibusvis propriis et competens recedens huic autem iurisdictioni
officii praesentis Castrensis Premisliensis quoad actum praesentem attinet se
cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporans atque subiiciens palam libere publice ac expresse
recognovit. Quia ipse de omni et integro iure suo vigore inscriptionis
Terrestris Premisliensis sibi regenti per Generosum Paulum Wessel

Super

super summam Mille quadringentorum sexaginta florenorum pecuniae polonicae
modo debiti facta et recognita de praemissa latiore tum de eadem sum-
ma mille quadringentorum sexaginta florenorum polonicorum in eaque inscriptione
contenta tum de toto processu ratione non solutionis summae praefatae in
officio Castrensi Premisliensi super eodem Generoso Paulo Wessel per se reco-
gnoscentem obtento et producto in quovis puncto et gradu iuris dependente
Tum de lucris per lucris vadiis triplicatis ratione praemissorum obtentis
bonisque summa et processu praefatis oneratis cum omni praemissorum
iure dominio et proprietate omnibusque et singulis eiusdem in-
scriptionis debitoreae conditionibus punctis clausulis articulis va-
diis ligamentis et nexibus summae et bonorum summa eadem et processu
praefato atque lucris per lucris vadiisque triplicatis oneratis utilitatibus
fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiis et per-
tinentiis generaliter universis et processibus praefati ac lucrorum per lucrorum
vadiorumque triplicatorum quavis praerogativa Nihil ex praemissis pro se
et suis successoribus aut quopiam alio reservans seu excipiens ve-
rum prout praemissa omnia ipsemet regens tenuit habuit et posside-
bat ipsumque concernebat ac eidem serviebant. Iam ex nunc et de facto
Generosae Zuzanna Sokolnicka consorti Generosi Pauli Wessel
legitimae et ipsius posteris accepta ab ipso pro praemissis omnibus ple-
naria et sufficienti satisfactione cedit et condescendit omneque
et integrum ius suum sibi ad praemissa competens in personam
eiusque cessionariae suae et ipsius posterorum totaliter et plenarie transfert
transfundit et incorporat perpetuo. Etiam ex nunc [illegible]